lem neceſſitas pacis ꝯmunis. ⁊ frequens incorrigibilitas. Si autē agatur ciuiliter: pena furꝭ manifeſti ē quadruplum. Nō manifeſti eſt duplum vt inſti. de ob. que ex deli. na. §. pena. ⁊ ibi patet ꝙ illud duplum: ſeu quadruplum exigitur vltra rē ſublatam. Et hec pena poteſt peti etiam poſt annum. Et ſi aliquis egit criminaliter: poteſt iterum agere ciuiliter et econuerſo. C. quando ci. act. pre. cri. l. vnica.

¶ Querit̃ aliquis ꝯmiſit hic furtum: ⁊ cum ipſa re furtiua tranſtulit ſe poſtea ad alienū territorium. Nunqd̓ poſſit puniri ꝑ illum iudicem: vbi reperitur cū re furtiua? R̃n. Panor. in. c. j. de rap. dic̃. ꝙ vſq; ad tp̄s Bar. Cōmunis opinio erat. ꝙ nō: q2 ex aſſidua ꝯtractatōne: nō oritur noua actio furti. Sed Bar. in. l. ſi dominiū. ff. de fur. tenet ꝯtrariū. Sicut enī ex interuentu noue ꝑſone oritur noua actio furti. vt in. d. l. ſi dominiū. Ita ex ꝯtractatione noua: facta in nouo territorio. Et ꝑ illā opinionem Bar. plurimi homines ſunt ſuſpēſi. Sꝫ moderniores adhuc dicunt: ꝙ de ſtricto iure: illa opinio Bar. non ꝓcedit. Franc. tamē de are. illam opinionē fuit ſecutus. Sꝫ non Accur. hec panor. vbi ſupra vide etiā eundem panor. in. c. j. de pe͂is. vbi dicit de mente Bar in. l. ſi cui. in fi. ff. de accu. ꝙ ſi quis ꝯmiſit plura delicta in vno loco. ⁊ in hoc territorio aliud: vel illud reiterauit nō poteſt hic puniri ꝓ delictis alibi ꝯmiſſis: vbi alia ratōne hic ſortiatur forum. Sed pena bene poteſt aggrauari ex delictis alibi ꝯmiſſis. Exemplū in fure qui ꝯmiſit diuerſa et varia furta in vno territorio. nūc in alio territorio ꝯmittit vnū furtum: tūc q2 habito reſpectu ad alia poteſt dici famoſus latro: poterit ſuſpēdi vbi commiſit tm̄ vnum furtum tanꝙ̄ famoſus latro. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pe. licet directe non poſſit ibi puniri pro delictis alibi commiſſis. Nota ſm directoriam li. ij. ti. xlij. ꝙ ad vſucapionem quatuor requiruntur. Primo. ꝙ res non ſit vicioſa: nec furtiua et huiuſmodi: nec liber homo: nec res ſacra vel religioſa poſſunt vſucapi: nec decima: nec preſcribi. Item nec ſeruus fugitiuus. vt inſti. de vſuca. §. ſed aliquando. et ſe. Item nec via publica: nec aqueductus. ff. de vſucapio. l. vſucapionem. C. de aqueduc. l. diligenter. lib. ij. ff. de via pub. l. viam publicam. Secundo requiritur. ꝙ ille qui vſucapit habeat bonam fidem. id eſt ꝙ credat venditorem eſſe dominum: vel habere ius diſtrahendi. ff. de verbo. ſigni. l. bonefidei. Nota tamen ꝙ ignorantia iuris non excuſat: vt quis ſit bonefidei. ff. de vſucapi. l. nunꝙ̄. Et requiritur fides bona et continua in principio. medio et fine. Al's quicquid dicant docto. vſucapio non procedit: vt preſcriptio. Tercio requiritur. ꝙ res tradatur: vel quaſi. quia poſſeſſio nō acquiritur ſine traditione vel quaſi. C. de pac. l. traditionibꝰ. Quarto requiritur iuſtus titulus verus: non putatiuꝰ. nec falſo. C. de vſucap. pro herede. l. finali. Et nota ꝙ in vſucapione requiritur tempus trium annorum. Que quidē fuit introducta pro bono publico: ne dominia rerum ſint incerta. ff. de vſucapio. lege prima. Et omnia que poſſunt preſcribi: poſſunt ⁊ vſucapi. niſi quia in rebus mobilibus ē vſucapio. Preſcriptio in immobilibꝫ. Preſcriptio aūt retinet nomen ſuum generale. vſucapio autē tranſit in nomen ſpāle: qḋ vocatur vſucapio. Sic habes s. Adoptio.

¶ Quid ſi quis furet̃ chriſtianos detentos a paganis: vt eos liberet? R̃n. ſm Ray. ⁊ Hoſti. ſi eſt tēpus guerre: in nullo tenet̃. xxiij. q. ij. dn̄s. Si vo eſt tp̄s treuge. tenet̃ ipſi pagano reſtituere. non hominem ꝓpter periculum anime. ſed extimationē. Similiter tenet̃ de alijs ablatis: vt. xxiij. q. j. noli. Tamen hoc caſu dicit Ray. ipſum furātem nullo modo peccaſſe ꝙ̄tum ad hominem. quem furatus eſt ſi rectam habuit intentionem: dummodo al's ſatiſfaciat. Quidam tn̄ dicūt. ꝙ etiam ad nullam ſatiſfactionem tenet̃. qn̄ paganus chriſtianum iniuſte detinebat. quod eſt regulare: vt in Rubrica. C. ne xp̄i. man. hr̄. vel pa. vel iu. ha. vl' poſ. ⁊ in. l. vna ibi poſita. Si tamen pagani compellerent eum ad circūciſionem: vel ydolatriā: vel aliquod mortale peccatum. tunc ille penitus liber factus eſt. ⁊ ſic furās eum non peccat.

¶ Nunquid chriſtiano qui detinetur a ſaraceno: liceat furari ei? R̃n. ſm Hoſtiē. Si iſte xp̄ianus. dum eſſet treuga. frangeret eam: ⁊ ſic erat in culpa et fuit captus: nec ei imminet periculum neceſſitatis. non licet furari. ſed tenetur ad reſtitutionem. Nam talis iuſte detinebatur. Si autē iniuſte detinebatur. vt quia tēpore belli captus eſt. vl' immineat neceſſitas. nō tenet̃ ad reſtitutionem.

**Gloria vana.** Utrum appetitus inanis glorie: ſit peccatum mortale? R̃n. ſm Tho. ſcd͂a ſcd͂e. q. cxxxij. pot eē mortale dupliciter. Primo ratiōe materie. cū quis gloriat̃ de aliquo falſo. quod contrariat̃ diuine reuerentie: vel cum quis bonum temporale. de quo gloriatur prefert deo. Seu cum quis prefert teſtimonium hominum teſtimonio dei. videlicet cum quis verecundatur confiteri. ſeu ſequi quod deus ꝑ ſacram ſcripturam docet. ꝓpter contrariam hominum opinionem. contra quos dicitur. Qui me erubuerit ⁊c̃. Secundo modo ex parte ipſius gloriantis. qui intentionem ſuam refert ad gloriam. tanꝙ̄ ad vltimū finem. ad quē ordinat etiā virtutis opa. Et ꝓ quo non ꝑtermittit etiam que ſunt contra deum. His ergo modis eſt mortale. Aliter non.

**Gratia.** Nunquid gratia ꝑ ſummum pontificem facta. expiret per eius mortem etiā re integra? Dic. ꝙ aut gratia eſt facta ⁊ perfecte conceſſa per romanum pontificem. Et tunc non expirat per eius mortem. licet executio dicte gratie nondum fuerit complete facta. Aut gratia nondum eſt facta. ſed facienda. Et tunc expirat ꝑ eius mortem. Et de primo membro caſus eſt ſingularis. in. c. ſi ſup. de offi. dele. lib. vj. De ſecundo eſt tex. clarus. in. c. ſi cui. de ꝓben. lib. vj. Et ibi de hoc eſt glo. ſingularis: que cōcordat ꝑ dictos duos tex. qui videntur cōtrarij.

¶ Quid de illo qui ꝓpter numerum filiorum data ſibi fuit imunitas licet poſtea aliqui de numero illo perierint. Nunq̄d durabit imunitas. R. Jo. an. in regula decet. de re. iu. in. vj. in mercu. dicꝙ ꝑ multos doc. ſolẽnes in facto fuit ↄſultũ. ꝙ duret talis imunitas.

¶ Gratia nõ reuocat᷑: quando ius eſt alteri᷒ queſitum. et ſic intelligitur regula. Mutare. de re. iu. in. vj.

Gula. Vtrũ ſit pctm̃ mortale᷑. Rñ. ſm Tho. ſcd̃a ſcd̃e. q. cxlviij. ꝙ ſi delectatõni gule inhereat hõ tanq̃ fini: ꝓpter quem deũ ↄtemnit parat᷒ cõtra precepta dei agere: vt delectatões hmõi aſſequatur. ſic eſt pctm̃ mortale. Si vͦ in gula ſit inordinatio ſm ea q̄ ſunt ad finez: vtpote. q: nimis cõcupiſcit delectatões ciboꝝ: ſ; ꝓpter hoc nõ faceret aliq̄d ↄtra legem dei: ſic eſt veniale.

¶ Que ſunt gule᷑. Rñ. Greg. ij. li. moraliũ ponit quinq; ſpecies que notant᷑ in hoc ver. Prope. laute. nimis. ardenter. ſtudioſe. de conſe. di. v. Quinq; modis.

Hereditas. Quid eſt hereditas. Bar. in Rica. de acqui. her. dicit ꝙ hereditas nihil aliud ẽ. q̄ ſucceſſio in vniuerſum ius: qđ defunctus habuit. vt. l. nihil. de ver. ſig. Et iſto mõ ſumpta eſt de iure ciuili romanoꝝ tm̃. diſ. j. §. ius quiritum. ⁊ nulli᷒ alteri᷒ gentis. Et hoc apparet: q: deportati qui nõ ſunt capaces eoꝝ: q̄ ſunt iuris ciuilis: nõ ſunt capaces hereditat᷑. vt. l. j. C. de hẽ. inſti. Et ex hoc infert᷑. ꝙ in foro ↄſcie heres nõ tenet᷑ ad debita vltra vires hereditatis: q: in foro cõſcie nõ ſumit᷑ hereditas iſto mõ quo ſumit᷑ de iure ciuili. Et ideo ñ tenet᷑ niſi q̄ten᷒ patiunt᷑ facultates hereditatis. Et ſm Bar. in. l. gerit. de acqui. her. poſt glo. ibi ſingularẽ dicit. ꝙ ad adeundã hereditatem ſufficit anim᷒ q̄litercunq; declaratus quod cunq; ſit illud: ſiue factũ. ſiue nõ factũ: ſiue dictum ſiue ſcriptũ. Et diuidit᷑ iſta hereditas in. xij. ptes. que appellant᷑. xij. vncie. Et habent iſta nomina. Sextans. id eſt ſexta pars hereditatis. ſ. due vncie Quadrans. id eſt quarta pars. ſ. tres vncie. Triens. id eſt tercia pars. ſ. quatuor vncie. Quincuns id eſt quinq; vncie. Semis. id eſt medietas hereditatis. ſ. ſex vncie. Septons. id eſt ſeptem vncie. Bes. id eſt octo vncie. Dodrans. i. nouem vncie. Dextans. i. decez vncie. Deuns. i. xj. vncie. As. qđ ſignat pondus. xij. vnciaꝝ. licz aliqñ. As: aſis ponatur ꝓ obolo. vñ ver. As obolus. pondus. As ẽ poſſeſſio tota. hec ꝓbant᷑. inſti. de here. inſti.

¶ Bona defunctoꝝ ad heredes deuoluunt᷑: etiam illoꝝ qui damnati fuerũt. C. de bo. dam. autẽ. bona. ⁊ ibi pz ꝙ hoc eſt verũ quo ad aſcendentes ⁊ deſcendentes. Ex latere vͦ vſq; ad terciũ gradũ In quatuor tm̃ caſib᷒ filij excludunt᷑ ab hereditate pris: quos habes s̃. Filius.

¶ Quatuordecim ſunt cauſe quibus pater vl' mater. Auus. vel Auia. filios et nepotes exheredare pñt. Prima eſt: ſi fili᷒ man᷒ iniecerit in patrẽ. Secunda. ſi grauem iniuriam ei fecerit ⁊ ↄtumeliam. Tercia. ſi patrez accuſauit in criminalibus cauſis. pterq̄ de crimine leſe maieſtatis: vel de offenſa cõtra cõitatem ſue ciuitatis facta: vl' de hereſi. Quarta ſi filius maleficus cũ maleficis cõuerſat᷑. Quinta, ſi filius machinet᷑ vel inſidiet᷑ in necem patris. Sexta. ſi filius calumnioſe litem mouerit patri. A qua ſi pater defecerit. oportet eum damna grauia ſuſtinere. Septima. ſi filius rogatus a patre ob debitum in carcere detruſo: vt fideiubeat ꝓ eo. ⁊ nõ vult fideiubere. in illo ꝓ quo creditores eius fideiuſſorem recipere volunt. Quod tm̃ in filijs maſculis locum habet. Nam femine impediuntur fideiubere. ff. ad vel'. l. j. ⁊. ij. Octaua. ſi filius prohibuerit patrem teſtari. Nona. ſi filius ſit ioculator preter voluntatem patris. niſi pater eandez habuerit profeſſionem. Decima. ſi filia non cõſenſerit patri volenti eam honeſte maritare. ⁊ dotare ſm vires patrimonij. Sed potius vult luxuriari. Vndecima. ſi filius miſceat᷑ cum ſua nouerca aut concubina patris ſui. Duodecima. ſi parentibus furioſis debitam curam non impenderit. Et hoc obtinet. non ſolum in filijs. ſed etiam in quibuſcunq; alijs qui poſſunt ab inteſtato ſuccedere: vl' etiam qui in teſtamento ſunt heredes inſtituti. q: predicti non ſolum poſſunt exheredari. ſed etiam a quocunq; extraneo in ſcriptis admoneri: vt eum ꝓcurare feſtinent. Si aũt poſt huiuſmodi atteſtationem neglexerint. Et extraneus in ſua domo furioſum ſuſceptum. ſumptibus ſuis vſq; in finem vite ſue ꝓcurauerit. eius debet habere ſucceſſionem. euacuata inſtitutione ipſorum. qui curam neglexerunt. Ita tm̃: vt cetera teſtamenti capitula. in ſua maneãt firmitate: vt in aut. vt cũ de ap. co. §. cauſas. vbi etiã glo. dicit. Quid ſi non faciat teſtamentum. nec aliquis extraneus eum ꝓcurauit᷑. Rñ. ꝙ in hoc caſu: eis deneget᷑ hereditas ex ſuo delicto. Et in hoc videt᷑ inclinari glo. Tredecima. ſi parentem de carcere educere neglexerit. Intelligo de captiuitate. ſiue fuerit in carcere. ſiue non. Decimaquarta. ſi pater ſit catholicus. et filius hereticus. Hec oẽs cauſe habent᷑ in. d. §. cauſas. Sunt tamẽ tres alie cauſe. ꝓpter quas pater etiam poteſt exheredare filiuz. Prima. ſi non exheredetur malo animo. ſed vt ſe acuratius det virtutibus. vel creditoribus ſatiſfaciat. l. multi. ff. de li. ⁊ po. ⁊ ibi Barto. illam legem ſummando dicit ꝙ exheredatio fit quandoq; propter bonum. ⁊ in. l. cum ex filio. de vul. ⁊ pu. dicit. ꝙ dicta lex multi. non eſt correcta. Secunda. ſi filius tempore teſtamẽti dixit patri. Nolo quicq̄ de tuo. ⁊ exheredet᷑. legitĩa erit exheredatio ſm Barto. in. l. ſi quando. C. de inoffi. te. vbi querit. Quid ſi pater non inſtituit filium. ideo quia filius dixit. quod nolebat inſtitui. An poſſit filius rumpere teſtamentum᷑ dicit ꝙ aut pater talem filium preterijt: vel exheredauit: nulla cauſa inſerta tunc teſtamentum eſt nullum. nec potuit filius ſua voluntate iſtam ſolennitatem omittere: vt. l. paulus. §. patroni. ff. de bo. lib. Si vͦ fuit exheredatus adiecta cauſa. quia voluit exheredari. tũc ſi cauſa eſt vera: putat Barto. ꝙ teſtamentum valeat. Nec ob. d. §. cauſas. quia loquit᷑ de exheredatione. que fit co